



**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

effugiatio, bonorumque sen-  
suum regeneratio, operumq;  
tibi placentium salubris effi-  
cacia; animæ quoque, & cor-  
poris, contra inimicorum me-  
orum insidias firmissima cui-  
tio, Amen.

*Oratio Sancti Thoma Aqui-  
natis.*

**O**MNIPOTENS sempiter-  
ne DEVS, ecce accedo ad  
sacramentum vnigeniti filij  
tui Domini nostri IESV Chri-  
sti. Accedo tanquam infir-  
mus ad medicum vitæ, im-  
mundus ad fontem miseri-  
cordiæ, cœcus ad lumen clari-  
tatis æternæ, & pauper, & ege-  
sus ad Dominum cæli, & ter-

rx. Rogo ergò immensæ lar-  
gitatis tuæ abundantiam, qua-  
terus meam curare digneris  
infirmitatem, lauare fœdita-  
tem, illuminare cœcitatem, di-  
tare paupertatem, vestire nu-  
ditatem: ut te panem Ange-  
lorum, regem regum, Domi-  
num dominantium, tanta su-  
scipiam reuerentia, & humili-  
tate, tanta contritione, & de-  
uotione, tanta puritate, & fi-  
de, tali proposito, & intentio-  
ne, sicut expedit saluti animæ  
meæ. Da mihi, quæso, domi-  
nici corporis, & sanguinis, non  
solum suscipere sacramentum,  
sed etiam rem, & virtutem sa-  
cramenti. O mitissime Deus,  
da mihi corpus vnigeniti filij,  
cui Domini nostri Iesu Chri-

sti, quod traxit de Virgine Ma-  
ria, sic suscipere: ut corpori  
suo mystico merear incorpo-  
rari, & inter eius membra con-  
numerari. O amantissime Pa-  
ter, concede mihi dilectum fi-  
lium tuum, quem nunc vela-  
tum in via suscipere propo-  
no, reuelata tandem facie per-  
petuò contemplari. Qui te-  
cum viuit, & regnat in ynita-  
te Spiritus Sancti Deus, per  
omnia sæcula sæculorum, A-  
men.

*Oratio dicenda ante Mis-  
sam.*

**D**eus, qui te indignis di-  
gnos facis, & de peccato-  
ribus iustos, & de immundis